

sequentibus infra anniuersarijs in choro nostro maiori lundensi celebrandis. donauit. legauit.... assignauit et scotauit iure perpetuo possidenda. primo videlicet anniuersarium Reuerendi patris domini Karoli quondam archiepiscopi lundensis felicitis recordacionis dilecti fratris dicti Johannis. in octaua die obitus sui. Jtem anniuersarium Erici patris et domine Ingerdis dilecte matris ipsius Johannis. Petri dicti kalf et domine æthlæ parentum domine. gerthrudis dilecte vxoris Johannis prelibati. in octaua die post festum beati Jacobi apostoli. Jtem anniuersarium ipsius Johannis Erikson cum deus ipsum ex hac vita uocauerit. Jtem anniuersarium domine gerthrudis dilecte vxoris ipsius. cum deus eam ex hoc mundo uocauerit. Jtem anniuersarium domini Kanuti archidyaconi lundensis. Jtem anniuersarium domini Cristýarni prepositi Toftenensis et concanonici nostri. omni anno sollempniter tenere et in perpetuum celebrare ita quod quatuor marchas denariorum proueniencium de predictis sexaginta marchis et redditibus bonorum prelibatorum nobis scotatorum inter Canonicos. vicarios et pauperes scolares. aliosque pauperes per modum qui sequitur annuatim specialiter in quolibet anniuersario diuidantur primo Canonicis chorum in dictis anniuersarijs frequentantibus due marche denariorum Jtem vicarijs. et pauperibus scolaribus vna marcha denariorum. Jtem alijs pauperibus ostiatim mendicantibus vna marcha erogetur Insuper nos et capitulum nostrum lundense firmiter obligamus et in veritate promittimus dicto Johanni Ericson et domine gerthrudi dilecte vxoris ipsius. omni anno quam diu ipse Johannes et ipsa domina gerthrudis vixerint pro sepedictis bonis nobis et capitulo lundensi scotatis. triginta marchas denariorum nouorum scaniensium in festo assumptionis beate virginis in ciuitate lundensi assignare. et expedite erogare dimittentes eidem Johanni Erikson et domine gerthrudi. omnia et singula bona nostra mobilia et immobilia cum quibuscumque pertinencijs suis in øyia sita. prope villam ýstath libere pro maiori commodo suo ad dies suos ordinanda. In cuius rei testimonium et certitudinem firmiorem. Sigillum capituli nostri lundensis presentibus duximus apponendum. Datum lundis Anno domini. Millesimo. Trecentesimo. Tricesimo quarto. die beati Remigij Episcopi et confessoris.

3087.

1334 d. 18 Oct.

INGEBORG RAGNEDOTTER gifver, med sina anhörigas bifall, till Wårfruberga kloster, vid sitt inträde i detsamma, 6 öreländ i Steninge i Husby Haarnwald (Husby Erlinghundra) socken.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. JNGÝBURGHÝS RAGNÆDOTÝR salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare volo euidenter vniuersis

tam posteris quam modernis. me cum consilio dilectorum fratris patris mei annundi fýnuiddhæson. fratrum meorum. ceterorumque propinquorum et cognatorum meorum consensu et assensu vitam monasticam. ac obseruanciam regularem in conuentu dominarum et monialium montis beate virginis deo disponente professionaliter elegisse. racione professionis sancte prebendeque mee prefatis dominabus sex oras terre in stenughum in parochia hosaby haarnualdh iure paterno et materno hereditarie mihi acquisitas cum omnibus dictarum terrarum proprietatibus. molendinorum locis ac limitatibus quibuscumque dedi assignaui perpetuo iure possidendi eademque predia pro proprio libito voluntatis gubernandi cuiuscumque(!) titulo vendicacionis et scotani In cuius rei testimonium et euidenciam firmiorem sigilla nobilium virorum et discretorum domini stephani røryxson cognati mei, annundi fýnwiddhæson prius nominati petri sýgrýdhæson et fratris mei johannis predilecti sunt appensa sscriptum et datum Anno domini M° C°C°C° X°X°X° quarto die sancti luce ewangeliste.

På frânsidan: Super VI oris terre in stenunga parrochie hosab.

Sigillen: N:o 1, Stefan Rørikssons (2 sparrar); N:o 2, 4 borta, remsorna qvar; N:o 3, fragment (2 spetsar frân sköldens öfra kant).

3088.

1334 d. 18 Oct.

Upsala.

Borgaren i Upsala ARNOLD GERARDSSON säljer till Marcus, guldsmed i Upsala, en del af en nära staden belägen urfjäll, hvars gränser uppgifvas.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus quibus presens innotuerit scriptum ARNALDUS GERARDI FILIUS ciuis vpsalensis salutem in domino sempiternam Quia humanum est memoriam hominum simul cum tempore labilem esse. Ne ea igitur que tempore nostro racionabiliter aguntur simul cum tempore elabantur litterarum solent testimonio roborari. vniuersitati vestre per presens innotesco, me discreto viro marco aurifabro ciui vpsalensi vnam partem prati dictam vrfiæl prope ciuitatem iacentem quam post patrem meum iure hereditario possidebam pro pleno precio vendidisse, sibi suisque heredibus perpetue possidendam, habentem longitudinem ab agro ecclesie vpsalensis usque ad collem dictum thorbhughlæ, vbi confinia seu signa lapidea demonstrantur, latitudinem vero finis orientalis quatragesima vnus vlnarum et in alio fine iuxta agrum supradictum XLVI continentem, Testimonio discretorum virorum holmgeri in korshamn vernibricti. et olaui sweui, ciuium vpsalensium quorum sigillis vna cum proprio sigillo meo presentes littere sunt munite, Scriptum vpsalie anno domini M°. CCC° tricesimo III°. Jñ die luce ewangeliste.

Sigillen borta, remsorna qvar.